

8

DE
INGENIO PHILOSOPHICO
SALLVSTII HISTORICI
DISSERTATIO.

QVAM
MODERANTE CERTAMEN
VIRO CELEBERRIMO
M. IOANNE CHRIST. BRIEGLEBIO

PHIL. PROF. P. O.

A. D. II. OCTOBRIS MDCCCLXXVIII.

H. L. Q. C.
PVBLICE DEFENDERE STVDEBIT
AVCTOR
IOANNES PETRVS SARTORIVS
COBURGENSIS.

C O B V R G I
F O R M I S A H L I A N I S .

LIBERIS PUBLICORIBUS
SACRAVITATI HISTORIC

COLLECTORI

LIBERIS PUBLICORIBUS

SACRAVITATI HISTORIC

COLLECTORI

LIBERIS PUBLICORIBUS

SACRAVITATI HISTORIC

COLLECTORI

LIBERIS PUBLICORIBUS

SACRAVITATI HISTORIC

COLLECTORI

LIBERIS PUBLICORIBUS

SACRAVITATI HISTORIC

COLLECTORI

LIBERIS PUBLICORIBUS


SACRAVITATI HISTORIC

COLLECTORI

LIBERIS PUBLICORIBUS

SACRAVITATI HISTORIC

COLLECTORI




Specimen doctrinae qualiscunque quum iam esset edendum, Sallustius in primis is mihi visus est, e quo disputandi materiam peterem. Quum enim viderem, quibus ille laudibus a) doctissimorum virorum et priscae aetatis et recentioris sit ornatus; quanto studio in illo vel edendo b) vel interpretando c) varii generis homines

a 2

nes

- a) Has laudes si quis congestas videre velit, hic inspiciat editionem Sallustii Havercampianam.
- b) Editionum Sallustii satis magnus numerus exstat; ergo nos quidem numeravimus, sunt autem plures; quarum princeps commemoratur Veneta 1470. Laudatur praeter Waffianam Havercampiana propter splendorem; Cortiana propter diligentiam, unde, quae iuniorum studiis apta viderentur, sumisit praeceptor meus, ob multa in me merita mihi longe carissimus I. C. Briegleb. A. 1778. denique Turici Sallustium edidit I. I. Hottinger, qui doctissimorum laudes virorum tulit; reliquos commemorare nihil attinet.
- c) Facit amor erga Sallustium meus, ut iucundum sit, quae mihi innotue-



nes elaboraverint; facile in eam deductus sum sententiam,
ut statuerem, cum illas laudes, tum haec studia illius scri-
pto-

notuerunt, enarrare versiones cum vernacula tum aliorum popu-
lorum lingua conscriptas. Sunt autem

A) GERMANICAE.

- 1) Sallustii zwei schön Historien von des Catilinen und auch des Jugurthen Kriegen durch Dieterich von Pleningen getheutscht. Landess-
hut bey Joh. Weissenburger. 1515.
- 2) Crispus Sallustius von Catilinischer Rottirung und Ju-
gurthischen Krieg, verteutscht von Wilhelm von Calchum gennant Los-
hausen. Bremen. 1629. 4.
- 3) Von Balthasar Kindermann. Wittenberg. 1662. 8.
- 4) C. Crisp. Sallustius von Catilinischer Zusammenrottirung
und Jugurthischen Krieg, verteutscher durch M. Daniel Albinus samte
des von Calchum Anmerkungen u. Kriegsdiscousen. Hamburg. 1683. 8.
- 5) Von Hartnacius. Hamburg. 1702. 8.
- 6) Von M. Gottschling mit lateinischen Noten 1719. 12.
- 7) Von Thomas Abt. Sallustius von der Zusammenrottung
des Catilina. Stadthagen. 1767. 8.
- 8) Von Böttger. Leipzig 1771. 8.
- 9) Von Wagner. Sallustius vom Kriege der Römer wider den
Jugurtha. Lemgo. 1771. 8.
- 10) Cornelius Nepos — stem C. Crispus Sallustius von der Zu-
ammenrottung Catilinae, wie die Cicero erfahren und gestrafft. zü
letzt findest du auch den Krieg der Römer wider Jugurham, der Num-
idier König, wie der vom Marius vnd L. Sylla gefürt, auch ein end
hat geuummten durch Verreterey Vochi, der Moren König, darum
Jugurtha

ptoris praefantiae deberi; quem si quis cum aliis contulerit, veluti cum Livio, cui Quintilianus egregius ille be-

2. 3

ne

Jugurtha gefangen, gen Rom gefürt vnd im Gefenckenß mit dem Strick gericht worden. Alles von newem vertentscht vnd lustig zu lesen. Getruckt zu Straßburg bey M. Jacob Cammerlandern vom Mens. sol. In fine pfaefatione datum Straßburg fal. Septembres. Invenitur haec versio in Bibliotheca Casimiriana sine anni nota. Interpres autem hoc sibi licere putavit, ut satis suaviter adderet e suis in fine belli Jugurthini: Jugurtha aber, wie Plutarchus schreibt, ist im Gefenckenß mit dem Strick gerichtet worden.

B) ANGLICAE.

1) Sallustium vertisse Elisabetham Angliae reginam testatur Guil. Cambdenus & in pfaef. ad Opera regis Jacobi 1. Richardus Montacuteius.

2) The works of Sallust, translated into English; with political Discourses upon that Author; to which is added a Translation of Cicero's four Orations against Catiline. London 1744. 4.
The Author of that Translation is Mstr. Thom. Gordon.

C) GALLICAE.

1) C. Crispie Salluste traduit par Louis Meigret à Lyon. 1506.

2) Par Ambr. Giraud. à Paris 1539. 8.

3) Par Pierre Meigret. à Paris. 1556. 12.

4) Oeuvres de C. Salluste traduites par J. Baudouin à Paris 1629. 4. qui ont paru encoûte a Paris 1663. 12.

5) Par Teile & Jaq. Cassagnes. à Paris 1675. 12.

6) Salluste histoire de la guerre des Romains contre Jugurtha & de la conjuration de Catiline. Paris 1713. 8.

7) Par

ne dicendi magister lacteum tribuit ubertatem , et quis non , modo de ingenii iudicare possit? is vero intelliget , nostrum

7) Par l'Abbé Masson. 1716. 1720. 1724. 12.

8) Par l'Abbé Verger avec notes. 1727.

9) Par l'Abbé Thyvon; avec l'apologie de Salluste , ses fragments , & des notes suivies. à Paris & Amsterdam en II. T. 1730. 8.

10) Histoires de Saluste traduites par Beauzée avec le Latin & des notes critiques. Seconde edit. à Paris 1775. 8.

11) Histoire de la Republique Romaine dans le cours du septième siècle par Salluste. Par M. de Brosse en III Tomes. Dijon 1777-4 Elegans de hoc libro iudicium inuenies in actis litterariis Gottingenibus a. 1778. p. 113.

D) ITALICÆ.

1) Sallustio con altre belle cose; volgar eggiato per Agostino Ortica della Porta Genovese. In Vinegia 1518. 4.

2) Sallustio con alcune altre belle cose volgareggato per Agostino Ortica della Porta. Vinegia 1523. 8.

3) Sallustio istorico eloquentissimo con alcune altre belle cose di latino nella lingua volgare; per Agostino Ortica della Porta Genovese tradotto, novamente revuto e stampato in Venetia 1531. 8.

4) Sallustio per Francesco Bindoni e Matteo Pasini. 1531. 8. in Venezia.

5) L'istoria di C. Crispo Sallustio tradotta per Agost. Ortica della Porta Genovese. Firenze 1645. 4.

6) Sallustio tradotto. Venezia 1545.

7) L'istoria di C. Crispo Sallustio nuovamente per Lelio Carrani tradotta. Firenze 1550.

8) La

nostrum gloriam non minorem diversis virtutibus
meruisse. Aliud enim, ut ipse vere ait, alii iter ostendit
natura,

8) La storia di C. Cr. Sallustio nuovamente per Lelio Carrani
tradotta con una numerosissima tavola di tutto quel più segnalato,
che nell' opera si contiene ed una utilissima dichiarazione nel fine di
tutti i nomi antichi e moderni delle Provincie, città, castelli, popoli,
monti e fiumi de' quali l'Autore fa menzione. Venezia 1556. 8.

9) La historia di Gajo Sallustio Crispo nuovamente tradotta
dal signore Paolo Spinola seguendo i migliori testi, e conservando
le figure e le forme del dire con tanta diligenza; che nella favella
Italiana non s'è veduto ancora si bel ritratto di perfetto scrittore
latino. Le profille del Dattor Valvassoni comprendono la somma e
l'artifizio, le sentenze morali scelte con la dichiarazione de' vocaboli
antichi. Venezia 1563. 12.

10) La congiura di Catilina di Sallustio tradotta da Carlo Cor-
lini. Firenze 1648. 4.

11) La congiura di Catilina &c. in Bologna 1681. 8.

12) La guerra Catilinaria di Sallustio divisa in parti tradotta
da Antonio Loredano con breve Rubrica, senza la dichiarazione
del anno e del stampatore.

13) Sallustio con altre belle cose volgareggiato per Agostino
Ortica della Porta 8. Senza il anno, luogo e stampator dichiarato.

E) BELGICA E.

Roterdami 1657. 12.

F) HISPANICA E.

Obras de Cayo Crispo Sallustio, traduzidas par Emanuel Sueiro.
En Madrid 1632. 8.



natura, quam ducem sequi optimam quis sapiens recu-
set? Itaque Sallustius quum videt; copiam dicendi ad
delectationem magis, quam ad movendum animum per-
tinere, quoniam erudire lectorem cupit atque emendare,
brevior est. Nam brevia natura sua ferunt fortius; con-
tra efficacissima quaeque multitudine verborum et dili-
gentia enucleandi, veluti aqua affusa vinum, diluuntur
et franguntur. Differt tamen Sallustiana illa brevitas a ie-
nino aliorum dicendi genere. Noluit Crispus obscuram
illorum imitari diligentiam, qui omnia nimium corripiant,
atque necessaria subtrahant. Mihi vero, si quid de his re-
bus iudicare possum, admirabile in primis probatur *Sallu-*
stii philosophi ingenium, de quo nonnulla disputare ani-
mus est. Philosophorum igitur more, quoniam de phi-
losopho agitur, quale sit illud ingenium, diligentius qua-
ramus; ut opinia sint magis in aperto.

Veteres quidem, veluti Cicero (*de offic. I. 11. 2.*) philoso-
phiam, scientiam rerum divinarum et humanarum causa-
rumque, quibus eae continentur, appellandam putaverunt; in
quo illos errasse nemo temere adfirmaverit. Hoc enim inter-
est inter sapientem atque vulgus; quod ea tantum intue-
tur, quae ante oculos posita sunt; remotiora non perse-
guntur; itaque ex veritate pauca, ex opinione plurima
aestimant. Quod si ad rerum gestarum scriptorem trans-
ferre

ferre licuerit, philosophi nomen illi tribuere non dubito, qui origines, unde facta manant, explorat, rationes viasque omnes complectitur; qui causas edocet, cur res vel hunc, vel illum habuerint exitum, imo habere vix alium potuerint; et quid inde natum sit, explanat diligentius; mores etiam, tum singulorum hominum, tum universorum populum, ea sollertia exprimit, ut, quid in utramque partem de rebus gestis pronunciandum sit, appareat. Quae ars quantam habeat vim in factis memoriae tradendis, quantis difficultatibus sit impedita, quae mentis perspicacia, quam accurata humanae naturae cognitio, quanta rerum scientia, ad ista efficienda requiratur, neque ego dico, neque quisquam ignorat. Hanc igitur artem scriptore philosopho dignam ubique fere invenies in Sallustio meo; quem nunquam fere in manus sumo, quin eorum meminerim, quae aliquamdiu animum meum versabant. Evidem satis mirari non potui audaciam et stultitiam Catilinae; hunc consilium cepisse Romae, quae orbi terrarum imperitabat, eunctis gentibus formidini erat, evertendae, atque ex illius ruinis novi constituendi imperii! Quae dici potest amentia, si ista non est! Hominem ne cogitare quidem potui, qui facinus tam foedum tam nefarium suscipere anderet; patriae, aris atque focis sacrilegas manus inferret. At postquam illam Catilinae imaginem, veluti in tabula expressam Sallustii artificis manu propius intueri coepi; inge-

b

niūm

num illius, animum, mores, vitam denique omnem diligentius cognovi; nullam scriptoris sententiam, nullum verbum non ponderavi, nam ita faciendum prorsus censeo illi, qui in familiaritatem eius pervenire cupiat; tum vero longe aliter, atque antea, sentire coepi; et eo magis delectatus sum veritate illius tabulae, (C. 5.) quo diligentius facta Catilinae cum illa pictura, eum factis mores comparavi. Magna eum fuisse animi vi, ad res magnas excogitandas perficiendasque audaciam eum in promptu habuisse; immoderata, incredibilia nimisque alta semper eum cupivisse, probat atrocium scelerum, quae ille impune perpetravit, multitudo; iterata coniuratio; (C. 18.) necatus Orestillae privignus; (Cat. 15.) et sexcenta alia. Subdolum, cuius rei libet simulatorem ac disimulatorem eum fuisse testatur adventus in senatum (C. 31.) testantur litterae ad Consulares missae (C. 34.35.) Ardens in cupiditatibus animus illustratur (C. 17.) Animus ferox (C. 36.61.) Conscientia scelerum in dies magis magisque exagitatur, ex eaque digna timet. (C. 15.) Loquentiae satis ad aliorum animos conciliandos (C. 20.) Persequamus reliqua, ut omnia in clarissima luce ponantur. Ille tantas res ausus est solus? quos igitur socios sibi quaequivit et quo modo? nimirum eos, quibus mala abunde erant, sed neque res, neque spes illa (C. 14.16.17.20. 36.37.) ob eam causam Catilinae consilii maxime idoneos,

neos, quos callide adeundo, fortunam miserando, cupiditatibus obsequium praestando, divitiarum libertatisque spem ostentando, socios sibi adiunxit; Insidias Ciceroni, quem multum suis consiliis officere videbat, (C. 27.) frustra quidem struxit, at struxit tamen, (C. 26. 28.) quod etiam cupiditatem, quoniam ita comparati sumus, ut cupienti animo nihil satis festinetur, magis incendere debuit. Rerum denique opportunitatem, et consulatus Catilinae spem, et absentem Pompejum, qui extremis in terris cum exercitu agitabat (C. 16.) corruptos civitatis mores, qui etiam foedissimorum scelerum reis impunitatem pollicebantur, (C. 13.) populum, maxima ex parte, earum rerum ignarum, quae fierent; nihil intentum Senatum; alto quasi desidiae et voluptatis sopore sepultam civitatem; (C. 16.) novarumque, quod in quam plurimis erat, rerum studium, (C. 37.) haec omnia si contemplamur, denuo satis mirari non possumus, quo modo Roma, quae iam iam praecliti cursu in exitium ferri videbatur, unius viri consilio, voce, diligentia servari potuerit. Ne quis Crispum obtreccasse Ciceronianae gloriae arguat, quo nemo magis Tullianas laudes ad immortalem posteritatis memoriam pro pagavit. —

Illud ingenium mobile et infidum, Numidis tributum, quam multa illustrat! Hinc factum est, ut Iugurtham saepius deditonis factae poeniteret (I. 29. 46. 62.)

Bomilcar regem suum deciperet I. 61. 62. Vagenses a Metello deficerent f. 66. Pari modo philosophus meus aliorum ingenia veluti Semproniae (C. 25.) Jugurthae c. 6. 7. Marii (Iug. 63.) Sullae (Iug. 95.) Caesaris etiam et Catonis (Cat. 54.) non modo singulari arte atque veritate, sed ita descripsit, ut dici vix possit, quantum res ipsae lucis inde accipient. (C. 54.)

Ita locis quam plurimis id agit unice Sallustius, ut rerum causas tradat, etiam ubi non exspectes, non desideres; ut omnia lece sua compleat, neque tamen cuiquam fastidium creet.

Est in illo brevitas, at diserta. Non satis est narrare, (C. 14.) Catilinam familiaritates adolescentium petiisse; addenda videtur causa et ratio omnis: eorum animi molles et aetate fluxi dolis hand difficulter capiebantur. Dolos scire vis, lector? hos quoque explicans eorumque turpitudinem tibi satisfaciet Crispus meus.

Senatus, ille ait, (C. 29.) decrevit, darent operam consules, ne quid res publica detrimenti caperet. Ea potestas per Senatum more Romano magistratu maxima permittitur. Quorsum ista? Haec scilicet ignorabant aequales Sallustii? Aut non omnes huius formulae vim adsecuti sunt, aut posteri-

posteritatem, cui scripsit, ante oculos illi fuisse dicamus; aut conjungamus, si placet, rem utramque.

Quam eleganter pingit noster plebem, (C. 37.) et ita, ut philosophum non possis non agnoscere: *Cuncta plebes novarum rerum studio Catilinae incepta probabat. Id adeo more suo videbatur facere. Nam semper in civitate, quis opes nullae sunt, bonis invident, malos extollunt; vetera odere, nova exoptant; odio stuarum rerum mutari omnia student; turba atque seditionibus sine cura aluntur: quoniam egestas facile habetur sine damno.* Haec est illa plebs, quae primo cupida rerum novarum nimis bello favebat, coniuratione patefacta, mente mutata Catilinae consilia execrari, Ciceronem ad coelum tollere coepit; veluti ex servitute erepta gaudium atque lactitiam agitabat. Namque alia bellum facinora praedae magis, quam detimento; incendium vero crudele, immoderatum ac sibi maxime calamitosum putabat; quippe cui omnes copiae in usu quotidiano et cultu corporis erant. (C. 48.) Agnosces ingenium Sallustii philosophicum? Atque talia poteram adferre quam plurima; atque etiam ea, ubi vim, quae in singulis verbis latet, atque sapientiam mirari satis non possis; veluti illud paullo audacius, at suavius et efficacius dictum: (C. 48.) *quia in tali tempore tanta vis hominis leniunda, quam exagitanda videbatur.*

b 3

Hunc

Hunc eundem animum rerum parvarum contemtorem, sapientiae virtutisque admiratorem expressit praefationibus, in quibus de dignitate atque praestantia naturae humanae, tum vero etiam de aliis rebus ad vitam spectantibus ea differuit, quae summo quoque philosopho sunt dignissima; quod ille cur faceret, causam non aliam habuisse videtur, nisi quod ista cogitatione mirum in modum delectaretur.

Liceat denique laudare sapientiam Sallustii in sententiis, quas ille adspersit, non cumulavit nimis; neque vulgares illas, neque alieno loco positas, ut, si qua earum vis fuerit vel in illustrandis rebus, vel in lectore erudiendo, ea omnis se hic ostendat. Declarant hoc loci plurimi; velut (Iug. 10.) *In omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, quia plus potest, facere videtur.* Non exercitus, neque thesauri praesidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas; officio et fide pariuntur. (I. 10.) *Concordia parvae res crescunt, discordia maxima dilabuntur.*

Poteram etiam ostendere, quam ille prudentiam in orationibus allatis; quem rerum delectum adhibuerit; verum ea, quae dixi, sufficient ad rem declarandam, quae minime sit obscura; ut mihi timendum sit, ne non nimis pauca, sed ne multa nimis verba fecisse videar.



Redit

Redit ad Te, mi Sartori, vna cum his litteris, quas ego magis conseribendas putau, vt officio meoque erga Te amori satisfacerem, quam vt consuetudini obsequerer non reprehendendas; reddit igitur disputatione Tua, in qua, quid efficere posset diligentia atque doctrina Tua vt in ituene non contemnenda, videris expertus. Dum enim exprimere studiisti, certe adumbrare quodammodo ingenii Sallustiani imaginem, expressa simul Tui ingenii signa habet atque luculenta. Ego vero si negem, plurimi me facere illam mentem Tuam elegantiae omnis honestatique studiosissimam et praeclaris litterarum praeceptis innutritam; atque ex laudibus Tuis aliquam ad me ipsum referre propter amorem exinium, quo Tu me iam dudum prosecutus esse videris: quam id recte faciam, viderint prudentiores, sed certe mentiar. Quo maiori mihi voluptati est illa spes, fore vt non modo, qua coepisi, via ire pergas ad sapientiae virtutisque decus; sed etiam aliquando fructus iumentutis in optimarum artium studiis honestissime exactae percipias ipse ferasque aliis amplissimos pulcherrimosque. Ita faxit Deus O. M., Tibique prosperam valetudinem; aequabilem, perpetuamque fortunam secundo vitae sine vila offensione cursu concedat! Scripsi Coburgi a. d. XXII. Septembbris cœlocclxxviii.

I. C. BRIEGLB.

F. G. SRIEGLI

01 A 6625



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DE

INGENIO PHILOSOPHICO
SALLVSTII HISTORICI
DISSERTATIO.

QVAM

MODERANTE CERTAMEN
VIRO CELEBERRIMO

M. IOANNE CHRIST. BRIEGLEBIO

PHIL. PROF. P. O.

A. D. II. OCTOBRIS MDCCCLXXVIII.

H. L. Q. C.

PVLICE DEFENDERE STVDEBIT

AVCTOR

IOANNES PETRVS SARTORIUS

COBURGENSIS.

C O B V R G I

F O R M I S A H L I A N I S.